

tum, iustoq; modo assumptum, nemini mortem intulisse, eiusq; corrigendi rationem posterius subnectit. Quod si ergo tantorum virorum testimonij scitè præparatum hydrargyrum innoxie absorbatur, an solis Chymicis id fraudi erit: siq; remediorum præparandorum ordini adscripserint, dignam antiquorum recentiorumq; Medicorum offensionem incurrent?

S V L P H V R calidum, & tenuis essen- 9. *simpl.*
 tiæ, venenis resistit. At cùm tanto calore sit præditum, vt diutiùs inhærens exulceret, teste Galeno, non immeritò vide- 6. *medie.*
 buntur interiori corpori metuere, qui *general. c. 2*
 audiuerint, omni timore posito, à Chymicis artificibus præscribi. His tamen non repugnant veteres. Cùm enim dis-
 cutiat, & celeriter concoquat, tussibus, suspiriosis, purulenta extussientibus in ouo profuturum Dioscorides affirmat. *Li. 5. c. 83.*
 Si anhelationes corripuerint mulierē, fabæ magnitudine sulphur, cum nitro tritum, vinoque dilutum propinat Hip- *De nat. mu-*
 pocrates: & vt suffitu per nares, & per *liebri.*
 fistulas attrahant angina correpti, tertio de morbis præcipit. Nec sui oblitus Ga- 3. *Medie.*
C 4 lenus localium 5.